primum mandatum in quo yniuersa lex pen-
det et prophete. Finis enim precepti charitas
aut apostolus de corde puro conscientia bo-
na et fide non ficta ois consummatiois ut
di finem latum mandatum tuum nimis. His
mirum mandatum hoc de quo Christus in
euangelio. Mandatum nouum do vobis; ut
diligatis inuidem, non tam ibi listendo: sed
in deo referendo / alias blasphemia esset hec
dilectio: et esset frui videntis. Mandatum er-
go hoc / mandatum charitatis est dei super
omnia. hunc si dilexerimus super omnia ala-
criter ei seruemus, amor enim etiam difficultia
facilia facit: qui ipse qd amor affectuum effe-
ctu amoris sit causa / hanc dilectionem sequi-
tur gaudiu. Unde et beatus Paulus enumera-
rans fructus spiritus ait: charitas gaudiu
par/gaudiu charitati coniungens; qd gau-
diu/acediam que est tediui / sive tristitia de
spirituali bono: penitus extrudit. Deum
amare et glorificare per se et alios debet epi-
scopus. Ad hunc dei amore concitare te de-
bes omni conatu cogitans: quia dominus
deus tuus es: qui te creauit hominem: qui te
redemit: qui et te eternaliter glorificabit: et
hic in terris glorificauit: non ergo elis in-
gratus/ sed vices reddere amoris: et eum qui
te glorificauit glorifica. Glorifica inquit pri-
mum intra te / in corde tuo / instar eius que
dixit. Magnificat aia mea dominum / et exal-

tat spiritus meus in deo salutaris suo: qd
fecit mihi magna qui potens est. Fac vice
sententia dicere possis cum psalmista. Loz
meum et caro mea exulta erunt in deum viuui.
Et item glorifica eum ore. Benedic deum
in omni tempore / semper laus ei in ore meo.
Hedum autem in ore / sed fac ut et opera tua/
laudent et magnificant deum / bene viviendo.
Sive manducatis / sive bibitis / vel aliud
quid faciatis / omnia in gloriam dei facite ait
Paulus. Augustinus. Si quod mandu-
cas / et bibis ad refecctionem corporis sumis/
reparationemqz membrorum gratias agens ei:
qui pbius mortali / et fragili ista suplemen-
torum solatia: cibus tuus et potus laudat de-
um. Et hec laus bone vite magis pertinua est.
Haec est Augustinus: qui deum ligua laudat:
non semper laudare potest: qui deum mori-
bus laudat: semper potest.

¶ Non solum ad sui / sed etiam ad
subditorum salvationem
debet nisi episcopus.

Non sufficere aut
pater tibi debet: ut tu apud te
et intra te / deum magnifice: et
laudes corde/ore / et opere / sed et
alios: in id ipsum concitare studero, Nam
scat igne tua charitas: ut ardor accedat p-
rimos. Dic igitur magnificate domum meum
et exalte meum nomen eius in idipm. Dic autem
Iulianum Cesarem / militibus suis nunquam dispice
ite: sed semper venite: et spiritus et sponsa de-
cunt veni. et qui audit / dicat veni. Ita et tu
qui epes aries qui greges / precede nos in
bonis operibus: et dic venite post me. Imita
tor Christi: qd incepit facere et docere aries/
gregem / nolam in collo tenem / procedit et ideo cu-
ones sonantem sequuntur. Et tu ingredere cu-
nolis / instar summi sacerdotis: de quo scri-
ptum est in Exodo: qd tintinnabula debeant esse
vestimentis eius inserta: ita ut audias soni-
tus quando ingrediatur et egreditur / sanctu-
arium in conspectu domini / et non moriarur.
Super quo dicit beatus Gregorius. Sacer-
dos namque ingrediens / velegrediens morietur:
si de eo sonitus non audierit: quia ira contra

Reiserspergū.

XXIX

se occulti iudicis erigit: si sine predicatione sonitu incedit. Aperte autem tintinabula vestimentis illius describuntur inserta, vestimenta enim sacerdotis: quid aliud quam recta opera debemus accipere? propheta attestante, qui ait: sacerdotes tui iduant iustitia. Vestimentis itaque illius tintinabula inherenter: ut vite viam: cuius lingue sonitu ipsa quoque opera sacerdotis clamet. Non igitur operibus: quasi quibusdam tintinabulis concitari debent subdit: ut pastorē animarum suarum sequatur. Et hoc quidem admodum necessarium est pastoribus: ad omnes enim dicit dominus illud: quod Joseph ad fratres. Huius veneris frater minus vobiscum non videbitis amplius faciem meam. Itaque magna cura habenda est episcopis pro omnibus suis omnibus subditis: cui salus eorum etiam a minima ouenientia pendeat: quam per suam negligentiam perdidissent. Non solum ergo ipse diligat et deum laudet: sed etiam suos subditos (ut frequenter dicitur) ad hoc ipsum invitare debet.

Episcopus debet in primis reformatio diuinū cultū: deinde ecclastica visitare ornamenti: Tertio curatos examinare.

Ed ais, et quid igitur in primis faciat ut deum laudet: diligat: alios quoque ad hoc faciendū alliciat. Respondeo et dico confidenter sine dubitatione: quod bis tribus facies rem deo et hominibus placitam: et tibi hic et alibi honorificā. Primo et antecōmīa coneris ad reformationē diuinū cultū: ut per totas diocesim et ciuitatem psallatur et cantetur iuxta canonicas sanctiones. Secundo fac visitari missalia: calices corporalia: pallias altariū cum reliquis ornamenti ecclesiasticis: et sub pena precipiat: ut mundentur et apient iuxta ecclesiastica statuta. Tertio facit examinationes curatos: ut sciatur an nouerint debite administrare ecclastica sacramenta: et nescientes doceant: ne periculum animarum incurritur. Hec tria facilime reformari poterunt: neque aliquā patientur resistentiā: et

multū erunt edificatura in populo: ad devotionemq; concitatua. Leterū illo facto ad reliqua cum discretione secundum q; vincio et christiana docebit prudentia: procedendū erit. Sic facere et procedere iubet dominus. Primum inquit: querite regnum dei et iustitiam eius: et hec oīa adiūcentur vobis.

¶ Querentibus principaliter spiritu ritualia/episcopalia adiūcentur.



Kdine hunc pro

cedendi obseruauerunt ianci episcopi: Almandus: Arbozactus: et Florentius predicatorum: qui primū et principaliter querebant gloriam dei: et animarum salutem. Nomines ad dei et proximi dilectionē: que est iustitia regni inducendo: et nihil temporaliū querebant: sed erant eis a domino ad iecta in magna copia. Cum eorum sequaces in episcopio: qui temporalia querebant spiritualia negligēdo. Hęc temporalia: neque spiritualia obtinuerūt: sed utrāque amiserūt. Et ita verū factum fuit verbū beati Bernardi: Religio peperit diuitias: et filia deo rauit matrem.

Habes ecce Reuerende et deo amabilis episcope: pater carissime: habes meā uno non tam meā quam sanctissimoz patrum super episcopi vita sententiam per capitula septem: iuxta virtutes septē contra septem capitalia virtus descriptam. Quam si secutus fueris procul dubio verus episcopus eris. Securusq; in conspectu tremēdi iudicis post mortem cōparere poteris.

Episcopus non debet exaudire adulatores sibi contrarii persuadere nitentes.



On aūt ignoro

si hec audierint: vel legerint. Sicutones aulici adulatores: quin mor subridentes subsannando dicent. Vorus est hic sermo: et quis potest eum audire? Dominus noster episcopus iucundus est: et tanto

Quatio de electione Episcopi.

grauitas morū non cōgruit. Nobilis est et ex prosapia comitū genitus. Sed et domini nūtēporalis est/quia Alsatiae Landgrāvius/ non simplex episcopus; ideo ratione illius dominij tēporalis licet ei quod alteri minime liceret. Oportet habere solatia Interpone tuis interduz gaudia curis: ait vulgaris auctor. Sed et Joannes euangelista perdicē propter fratruis solatia/manu consecratisse legit. Item: quod caret alterna requie durabile non est. Porro ad quid nemora et fere sylvestres in dominio suo: si non ei aliquādo liceret ire venatū: quid de niq̄ obest intendere ludis: saltē cum sua familia. Et ita inberere vestigijs predecessorum suorū, habet em̄ sufficiētes in omnibus spiritualibus: et etiā secularibus seriosissimis rebus vicarios. Ita dicent tibi blandientes: et sub melle tali venenū mortiferum propinantes.

¶ Juuenis epus seniles et maturos induere debet mores.

Sed quis et quid respondebo eis? Responoe et dic primo. Esto q̄ iuuenis sum/ tamen episcopus sum. Et hic dies aliam vitā affert; alias mores postulat/ quod tolerabile fuerat in canonico adolescentē/ reprehensibile et scandalosum erit in episcopo iuueni. In maxia fortuna minor licentia eit/ ait Gallustius. Vere sic est/ qui em̄ dimisi in obscuro vitam agunt: si quid iracūdia deliqueret/ pauci sciunt: qui magno imperio prediti in excelso etatē agunt/ eorū facta cūcti mortales nouere. Tales iraq̄ minime irasci decet. Namque apud alios iracūdia dicitur: ea in imperio superbia et crudelitas appellatur. Et hoc quidē Gallustius de iracūdia dixit. Sed nō minus de alijs inordinatis passionibus intelligendū est. Recitat Tullius in officijs q̄ Pericles et Sophocles quondam simul erant: ut vultarent in facto Romane ciuitatis. Inter ceteros preteriit eos iuuenis quidā puer pulcher: quē respiciens Sophocles ait Peridi: Pericles o

pulchrū puerum: Ad hoc respondit Pericles: pretorem decet/ pon solū manus et lingua/ sed et oculos cōtinere: Ecce pretori q̄a pretor et in potestate cōstitutus erat: non si cuit oculos habere incōtinētes/ sed concupiscentiā illā oculorū pescere debebat. Ideonibil debet facere princeps: et maxime sp̄tualis qualis epus eit: quin totū ponderetur et per rationē mēsuret: et quin velet vñ quēc id scire. Si em̄ non vellet adhuc tam scire/ et precipue bi scient ad quos minime spectat. Trūmirū quotidie querit vbi est epus: quid agit epus: incipit ne episcopaliter vivere: an sequit vettigia pernicioia suorū predecessorum. Nam lapsus eit annus: quid agit: episcopus dormit/ ep̄s surgit epus audit mīlaz/ episcopus prandet/ talia episcopo minutans cibaria/ episcop⁹ spaciat/ ludit/ sagittat/ ludit in sperulis in frictellis: quid multa: non faceret epus saltum in Zabernia: quin mox illud sciretur per corj diocesum/ et in Argentina. Non ergo me relevat a serio: quia iuuenis sum: sed cogor relinquerre iocū: quia episcopus sum. Scio deniq̄ quia scriptū est. Senec⁹ venerabilis est non diuturna neq̄ annoz cōputata numero. Cani aut̄ sunt sensus bois et etas senectutis: vita imaculata, inueniuntur puer centū annoz maledicti inueniuntur et Daniel puer erat/ sed sensus senectutis.

¶ A iuuentute asuēscendū est virtus.

Vos dicitis quia iuuenis sum: ideo iuuentibus intēdere debeam. Ego prorsum in cōtraria sum fieri: et potius q̄a iuuenis sum/ mea iuuenilibus cōpescere debeo: et formā mibi optimā viuēci p̄stituere: quā facile mibi facia asuetudo: sed et scriptum est. Bonū est viro cū porauerit iugū ab adolescentia sua. Pōuerbiū est. Adolescentis iuxta viā suam/ etiam cū senuerit non recedet ab ea. Et nūsus scriptū est. Si mutare potest Ethiops plem suam: aut Pardus varietates suas et vos poteritis bñfacere cū didiceritis malū. Et quod noua testa capiū inueniētata sapit.

Keiserspergij.

xxx

QDie secundo esto q ex comitibus nobis libus pgenitus sed et Ellati sim Landt grauus. Scio tñ quia et eps suu poro dicitembi fratres si Landt grauius cu sua pompa et seculari vita/ a diabolo ad perpe mas inferni rapere penas/ vbi queso eps noster resideret? Epalis dignitas/ Landt Grauius dignitatem superat: et ideo porius epm agere oportet qz Landt grauius. Scio deinde: quia lucos saltus/ et nemora cu fes ris habet episcopii/ sed nunquid ideo/ ego et venator/ habeo equorum et porcorum stabula/ sed et pistriu et culinam: nunquid ideo vultis vt et ego sim coccus: pistor et porcorum equorum custos. Vultis ne vt et ego lustre omnia promptuaria in coquina/ aneru/ cu mina/ et rutam examinem: et curiosus sim in dagator: totius suppellecritis: quemadmodu quidam sordidoz episcopoz qui se iactat nibil eos latere de re domestica. Sed et omnia per eos recepta et exposta in ordinē debitu a se fuisse scripta: vt mox in quo folio et riga bi vel illi census descripti sint: ostendere sciam. Videntur si non tale nouerim epm: etiam hoc ipsum de se stulte iactantem. Hibil autem vel paru de aniabus suoru subdico et intelligentem. Vultis vt de me hoc dicatur quid vulgo de aliqbus epis dicitur. Epus noster est bonus Economus et nihil amplius est non aniap: sed bursarū: non kiriacē: sed coquine epis: nūt ein selen Sunder/ ein seckel bischoff/ nūt ein Kirchen Sunder/ ein Euchen bischoff. Absit ut hoc faciat. Terret em me be. Bernardi scriptū ad Eugeniu papā ita dicentis.

Q In epis sordidos maiore curaz re bus domesticis qz diuinis ipendentes.

Vid epo turpi

us/ qz incubere suppellecritis et suostatiole sue scrutari ola/ sciscitari de singulis morderi suspicidibus/ moueri ad queqz perdita vel neglecta/ ad verecundiam dico quorundam eiusmodi scrutantii quotidie oem substaniam sui numerictum singula de minutis et quadratibus et gentium ratione. Non ita ille Egyptius qui Joseph oibns creditis

ignorabat quid haberet in domo. Erubescat christianus christiano sua non credens/ bono fine fide/ fidem tñ habuit seruo suis per omnia bona sua constitutes eum. Et bic erat alienigena. Vira res latiss superoz ept scopi habent quibus annas credant: et quibus suas committant facultates non inueniunt. Optimi videlicet estimatores rerum: qui magnā de minimis / paruā aut nullaz de maximis curam gerentes. Sed vt liquido datur intelligi patientius fermius Lbris sti iacturam/ qz nostrā/ quotidianas expensas quotidiano reciprocamus scrutinio: et continua dominici gregis detrimenta nescimus. De precio escarū et numero panum/ cu ministris quotidiana discussio est. Razra admodū cum presbyteris celebrazatur collatio de peccatis populorū. Ludit asista: et est qui subleuet eam: perit anima et nemo est qui reputet nec mirū cum nec nostros quēdem assiduos sentiam defectus, nōne ad singulas suppeditationes istas irascimur/ vrimur/ anxiāmūr. Tolerabilius retū/ quam mentiu sustinetemus iacturā: quare inquit non magis fraudē patimur, sustinere tempo rius consulo etiam minus idoneū yconomū qz te īmergere labirintho buic memeto salvatorem Judam yconomū habuisse.

Q Qualem se epis exhibere debeat sue familie/ sue domesticis;



God aut dicitis

mesaltēm vobis fore familiarem in iocis et lusibus non accepero. Debet enim episcopus apertis vivere ianuis/ et tantā honestatem in priuato/ quantā in publico tenet resuamus familiam diligenter regere: qz quis enim curam temporalium alij committeret/ et me de eis non intromittere deceat: tamen de familia ego ipse curare debeo. Docet me hoc idem Bernardus. Multa (inquit) nescias plurima dissimiles/ nonnulla obliuiscaris. Sunt tamen que ignorare te nos lim mores quorundam et studia: Non operet ut virtus domus tue vltimus scias,

Oratio de electione Episcopi.

quod tamen plurimis nouimus exigisse. Quia propter ut dixi alius alia dispenset de disciplina tu pronide illud nemini credas si insolentior coram te vel sermo insonuerit vel habitus apparuerit manus tua super eiusmodi tu vlciscere iniuriam tuam. Impunitas auctum parit auctus excusum. Domum episcopi decet sanctitudo decet modestia decet honestas herum disciplina custos. Episcoporum domus aut ceteris honestiores aut fabula omnibus. In vultu in habitu in incessu illorum qui circa te sunt nil residere impudicum nil indecens patiaris. Debent episcopi comatulos pueros et cōptos adolescentes secum non habere. Et reinter maturatos discurrere calamistratos non decet.

¶ Epus erga familiam suā grauis sit non tamen austerus.

Sinemēto q̄ sapiens admonet filie tibi sunt noli faciem tuam bilarem ad casas ostendere. Hec aueritatem tibi suadeo sed gratuitatem. Illa infirmiores fugat hec leuiores reprimunt. Illa si assit odibilem illa si desit contemptibilem reddit. In omnibus tamē modus melior ego nee seuerius velim nec dissolutius qd bac mediocritate gratius ut nec de seueritate sis oneri nec de familiaritate contempsui. In ecclesia episcopum domi te patre familias exhibe ament te domestici tui s̄ et facito ut timeant. Utilis semper custodia oris que tamen affabilitatis gratiam non excludat. Ergo vbiq̄ frenanda lingua preceps maxime autem in conuicio. Ille conuenientior habitus si accu quidem securus sis vultu serenus verbo serius.

¶ Precipiat omnibus officialibus ne ab aduentantibus aliquid petant sed suis sint concordi stipendijs.

Mones quos ioficijs qualicivis nomine appellantur constitutisti fac ut necessaria de manu tua accipiat bis contenti sint que tu prouidē illis vide ne egeant. Super hoc qd forte ab aduentantibus perere deprehenderis iudica iezitam. Id de ostiariis id de ceteris officiis libris decernendum est. Ex bisomib⁹ elilio quia non oportet episcopum esse leue aut luhuum cum sua familia aut corame sed maturum et grauem quis non austern. Sz dicitis et quid de seacorū ludis aut alijs similibus causa recreationis facitis.

¶ Episcopo etiam Seacorū ludus vitandus est.

Equid d̄ ludo seacorum et similib⁹ causa recreationis nature facis. Respondeo q̄ sunt qui dicunt non esse prohibitum. Sed non satis est secura opinio. Nam cuj clericis sint assumpti in sortem domini post qd se in ecclesiasticis officijs et alijs bonis studijs exercere se devent diligenter non decet clericum ludis talibus consumere persertum illo ludo cum ludus ille seacorū valde animum distrahit et talibus plurimum consumit. Numis deniq̄ miser qui in sorte domini assumpt⁹ extra dominū in huiusmodi exercitijs vanus et vanitatis recreationem querit quasi in summo et delectabilissimo bono recreatione haber non possit. Et sicut dicit Hieronymus. Ama scientiam scripturarum et carnis virtus non amabis. Ita in proposito dici potest ama scientiam scripturarum et ludos ac otium iners non amabis. Potissimum autem episcopis est ab hoc abstinentium. Unde est episcopum quendam legimus propter hoc acriter frustigatum. Autenim Petrus Damiani floriente ciuitatis Epus ludo seacorum profuit quem ego increpans adhuc ep̄s iniuxi ei ut percurrente tria psalteria ac p̄p̄ per unum pedes laquaret et eos reficeret et singulis singulos daret denarios ut mando

Feliciter
vane quod nunc polariat. Si Epis
tote id Seacorū adiungere ne repete
rētis et quidem de illis qui iudic
antur rationab⁹ exiliū aut alijs
aut locis quietis intendit.
¶ Familiam aut insum
et similib⁹ iuridicent.
Resopter becaut
numerata incomoda erg
enim huius sequitur doc
no effugia Epis et fam
iliū. Lectori huius famili
iūtibus meis id faret plane me an
te et non palam intromittat et
quae omnia inveniuntur quā
quācūq̄ aperte p̄mittuntur. Dicimus illis Sa
cra. Q̄ dicitur quid nulla doma
p̄t. Formatus in cibis nutra et
medicinas. Per nos communis fons
cave invenimus. Quoniam huius en
tiae sumus Regio de ipsa legge q̄ o
rimpanante in loca et quidam milites
poterit deinceps et rudes ne re cogere
dus enim agit imponeat aut illi re
in p̄ficio subiectus matus et am
bitus et perferendū legitime suspendit
huius tempore gamut ap̄posuit.
Dicitur opus illi et vocat adulato
rūtus una nob̄i venient diances
opponit. Tunc ergo. Cum enim fe
dūm dñe in locum omnia ad ro
ta habentes carant bonis sc̄i qui
nisi ferentur dicunt. Unū cum ad
tūm omnia vnum aliorum omniū
conveniuntur et quicquid p̄cipit
ad huiusmodi omnia. Deinde dicas on
obligationem diances et colles
diances ne decipientes. Pau
lūm non oportet etc.
¶ Cito quod de
tione mibi diancis. Sal
utem ligatum solusque
concentrio sc̄i q̄ Hu

Keiserspergij.

XXXI

abliueret quod manib⁹ polluerat. Si Episcopus ludo Scacoz indulgens sic reprehensibilis est, quid erit de illo: qui ludis cartarum, tabularum, taxillorū aut alijs alearum ludis generibus intendere.

¶ Famuli leuem aut latuum cum eis Episcopū irrident.

Dropter hec aut enumerata incomoda que levitatem ludi sequuntur: hoc nō effugiet Ep̄s qn famulū ludē illudat. Etenim si cū familiarib⁹ et satellitibus meis id fecerim, plane me intra se, et si non palam irridebunt; sed a tergo aures asini mibi ironice facient: linguae qz ut canis apula protendent: et ciconias expriment pinsentes. Dicentos illud Sa

cirici. O Jane a tergo quē nulla ciconia pinxit. Nec manus auriculas mutata est mobilis albas. Nec lingue quantum sciat canis apula tantum. Plane ita fiet: nō em̄ maior sum Augusto de quo legitur, q eo timpanizante in scena a quodam militum probroso dictum est: vides ne vt cithare dius orbem digito temperet: cuius ille verbi guscus amaritudine: os manus et amissam ab huiuscmodi levitate suspendit: habuitqz semper gratiam exprobantem.

Docet ne gentilis ille vt odiam adulatores: amen autem mibi veritatem dicentes quo omnes principes egerint. Cum enim secundum Senecę sententiam omnia ad vota habeant hoc uno carent homine scz qui eis libere veritatem dicat. Unū enim ad landi certamen et unum alicorum omnium officium: vnaqz contentio: quis principem blandissime fallat. Det mibi deus cor qd̄ diligat mibi veritatem dicentes: et odiat suis blandimentis me decipientes. Pausas principibus hec gratia data est.

Ep̄m venatorem non oportet esse,

Doro quod de venatione mibi dicitis: et salibus et lignorum syluis: vex est sed econtrario scio qz His

colaus Papa iussit quendam Lanfredū iuuenem Episcopum venationi deditum excōicari: et merito eum iuuenem appellatum qui in iuuenilibus desideris occupatus nulla grauitate cōstringitur. Nam ut beatus dicit Hieronym⁹: Venatorem nū quam legimus sanctum. d. xxxiiij. quoru⁹ dam. Et igitur o satellites mei non licet mihi quamvis iuueni venationi vt suades tis intendere.

¶ Dic tertio tuis gnatonibus: talia suggesterentibus dic inquam verum est: qz habere oportet interdum solacia: sed multa sunt solitorum genera: et non quelibet qui buslibet congruunt. Vultis ne (o parasi ti) vt nucibus iam ludam: sicut cū essem puerulus. Vultis vt ludo pile sicut cū essem in studio adolescēs: tempus perdam: aut cum crotalis saltēs: Obijciti s mibi Joannem euangelistam posteaquam secutus fuero Christum in vita mea omnibus temporalibus relictis: et in finu Christi in aera ob dormiero: et in cruce matrem mibi cō misit: et in Patmos insula Apocalipsum mihi reuelauerit et dederit mihi nedum intelligere: sed et dicere. In principio erat verbum: et posteaqz hec fecero: tunc affer te mibi perdīcē in deserto: et eam nō p̄petue meum sed discipulorum solarium libere et libenter contrectabo.

¶ De officio Episcopi;

Ic q̄ito qz mihi non vacat talibus iocis intendere: ad magis ardua vocor: ad alia me trahit officium meum. Seneca ait hominis securi est minuta conq̄rere. Cum hostis instat a tergo: et mouere se iussus est miles: necessitas excutit: qd̄ pars ociosa coligit. Demens merito viderer: si cum saza in munimentum: senes semineqz ɔgererent. Cum iuuent⁹ intra portas armata signa eruptionis expectaret aut posceret. Cum hostilia in portis tela vibrarent: et ipsum soluz suffosionib⁹ et cuniculis tremeret. Se derem ociosus: et huiusmodi q̄stionculas

Oratio de electione Episcopi.

ponerem⁹ qđ nō perdidisti habes / cornua
nō perdidisti ergo cornua habes. Nō vas-
cat ad istas ineptias. Ingens negotiū in
manib⁹ est: Oros me sequitur fugit vita/
Aduersus hec me doce. Si hoc gentilis
Seneca dixit / sensit ⁊ voluit se occupari
puerilib⁹ ineptijs / qđ mortem sibi imminentem
reputabat temporalem: quid ego Christia-
nus / nō simplex / s̄ Ep̄s / facere debebo / cui
nedum corporalis ⁊ temporalis sed anima-
lē ⁊ eternali⁹ mors imminent. Porro grāde hoc
negociū / arduū est officium meum.

¶ Officium meum est,

Legere orare ⁊ pdicare, d. lxxvii. Episcop⁹
pus nullam.

Elemosynas iū pauperes dispensare. Ep̄s
enim possidet res Ecclesie ad dispensan-
dum nō ad dissipandū. i. q. vii. Episcopi.
Discordantes concordare, d. lxxvii. fratres,
d. xc. per totum.

Vigilanter ⁊ sollicite regere mihi commis-
sos, d. c. rationis.

Occupationes seculares abhincere ne pres-
focatus curis negotiōꝝ dei verbo nō pos-
sim vacare ⁊ ergo non instar sculpeti cum
baculo causas ppbanas iudicare, xl. q. i.
te quidem.

Non p̄ me sed per Economū clericū tpa-
lia gerere, xv. q. vii. qm̄ in quibusdam.

Oporet me hospitalem esse, xl. d. 9. hos-
pitalem.

Pauperibus est oppressis sollicite prouide-
re ⁊ eos defendere, lxxvii. d. Ep̄s.

De rebus ecclesie nihil in meam vel meoꝝ
proprietatem pertinere: sed de eis mihi pri-
mum / postea ministris / demū alijs fidelis-
bus puidere, xii. q. i. nulli Episcoporum,
d. lxxix. volumus.

Officia canonica propinquis non debeo
committere, lxxix. d. decenter.

Virgines altaria ⁊ ecclias secrare Cris-
ma / p̄ficeret ⁊ cū ipso confirmare, d. lxiij.
quamvis.

Et alia sexcenta talia supius enumerata ⁊
p libru Decretor⁹ sparta / facere / iū debo
esse sine crimine vt alios possim liberius
arguere, xxv. dī. Episcopum.

Hunc dicite o fratres vel syrenes, dicite
quid tempis vacabit vt iocis intendam⁹.

S̄ dicūt ad talia: habes vicarios in spi-
ritualib⁹ ⁊ locū tenentes q̄ illa expeditum.
Quid hic r̄ndebo? quid dicam eis?

¶ Ep̄i in officijs honestis ⁊ diui-
nis vicarios habet / s̄ vicia p̄
se exercet / iō ⁊ infernalem vi-
cariū nō habebūt sed p̄ se
ibi erūt in ppria psona.



¶ IC quinto ve-

rum est ⁊ scio qđ vicarios
babeo / ⁊ qđem multos:
babeo vicariū in pontifici-
calib⁹ / vicariū in spūali-
bus / vicarium in pñialib⁹ / vicarium in iu-
dicialib⁹ / vicariū in epalib⁹ s̄ quem vice-
thum appellat: Vicariū in missalib⁹ ⁊ vi-
cariū in p̄dicabilib⁹. Deest tñ mihi vi⁹.
Vicariū in infernalib⁹. Si sic egero / que
admodum vos mihi dulce canitis / Sy-
renes / pfecto illic in ppria psona officia fu-
ciam ⁊ eternaliter p̄sentialiter qđ respondebo /
qđ sicut in criminalib⁹ vicarium nō habui
in terris his / sed per meipsum in ppria psona
vicia exercui / ludendo / lubricando / lux-
cando / sic nemo p̄ me erit in inferno vicar-
ius: sed penas luiā ego ipse. Abite ergo in
malam crucem o Vicophante.

¶ Episcopus predecessor suor⁹ ma-
loꝝ vestigijs inherere non deber



¶ IC sexto recte

dicitis me inherere debe
re vestigijs predecessorū
meoꝝ. si tamē de bonis
z nō malis / verbū hoc intellexeritis / alias
si malos imitatos fuerō / faciā oī illud
qđ scriptum est. He sequareis turbam ad
faciendū mala. Necesse est hac tempestate
maledicta, & m̄ sententiā Senecce. Justū in-
duere mox planetaz / sine stellaraz erraticar⁹
qđ p̄prio motu sup̄ polis zodiaci / mouent̄ z
motu diurnū firmamēti: qđ uis etiā a firma-
mento qđ dñe ab oriente in occidentem mo-
tu raptus voluant. Sic nimis iustū opor-
tet nīc oī traictū ⁊ puerulū / potius
corruptelam / multor⁹ ⁊ singularem figi.

¶ Episcopus fidem scrūare de-
bet ⁊ prestare qđ politus est.

Ic septimo vos
o mei satellites) nolite me
vestris consilijs/a via veri
rat/ et iusticie abducere. scio
en quid dixerim. scio quid scripsierim. scio
etiam quid populo de me publicare iussi.
Dixi me nolle vivere de turpi lucro. et mal
le vno famulo contentum esse; quam pro pecu
nia concubinatum dissimulare. Scripsi
me studere velle prestante altissimo/ ita po
pulo: doctrina et exemplo preesse ac irrepre
hensibilem exhibere vt grec de suo merito
letari possit pastore: ad laudem omnipos
tentis dei/ et in salutem animarum suarum.
Fussi deniqz hoc publice intonari popu
lo; et ita factum est et per hoc murmur sedas
tum/ falsusqz et vagus rumor/ quo qdam
ex eis detinebant penitus extinctus. Et ro
gati ut spatiu saltem unius anni labi si
nerent priusqz de me male iudicaret. Et ec
ce o satellites iam annus labi. Necesse est
igitur ut fidem seruum/ et quod polici sum
prestes. Ne de me dicat. In principio erat
verbum. Sed nondum verbum caro fa
ctum est. In principio electionis et confirmationis
verbū bonū et suauē: sed hoc ver
bum nondum per executionem factum est
caro: hoc plane diceat de me: si id quod vos
suadetis fecero. Ideo ad hoc me nullū re
strum inclinabit sua dela. Holo ut de me
hoc dicerium verum fiat: qd apud Sal
omonem scriptum est. Hubes et ventus/
et pluvianō sequens/ vir gloriōsus et pro
missa non aprens. Necqz hoc turpe/ in me
vñquam diceat: multum de verbis/ de fa
ctis nihil babebis. Qualis putatis tra
me in populo surgeret tumultus/ claman
tium/ crucifige crucifige eū. Quale gau
diū fierem inimicis meis/ qd prius de me
falsa finterūt: et per totum orbem/ falso su
peralea infamauerunt: si tam in aliquo fa
cto reprehensibili me deprehenderet/ quo
circa/ ut cautissimus sim magna mibi in
cumbit necessitas.

Satisfactum est mundanis
hominibus/ iam deo et co
scientie satissaciendū est.



Ed etiam si po

pulus taceret/ aut ego eorum
clamorem floccifacerem/ qd
quies responderet prie me
conscientie: quid respōderem domino deo
meo: in cuius conspectu sto/ neqz oculos
eius effugere possum. Quid responderem
inquam domino deo meo ad cor meū mis
bi loquenti. Ecce iam completa sunt om
nia que facta sunt ad gloriam et conspectū
hominum: immo nedium completa sed et
bidie be mūdane aqua vanitatis usqz ad
summum vident implete: ita ut nisi aqua
vanitatis per miraculum vertatur in vi
num veritatis et virtutis: erit ridiculū ma
gnū: pensa queso/ quantam absump
ris pecuniam pro confirmatione/ c̄stam
pro consecratione/ c̄stam pro regalium in
investiture/ quantam in puentu prin
cipum Constantie/ et quantam expones p
regis coronatione/ quantā deniqz iam nos
uulime pro primario tuo honorifico intro
itu. Et hec omnia sumpta sunt de patris
monio crucifixi filii mi/ de bonis pauper
rum/ de bonis qd Dagobertus rex Arbor
gasto et Florentio/ pro diuino cultu augen
do/ et pauperibus alendis/ donauit. Non
in luxum et pompam/ sed dei gloria rati
marum salutem. Nonne ergo/ saltem nunc
tempus est/ fili mi/ ait Dominus/ ut glo
riam meam queras: animarum Episcopū
te ostendas et satis superoz/ hominibus et
mundo faciūt est/ fac et mihi/ immo fac et
tibi/ et populo tibi commissio: primum mi
hi facere debueras/ et primum querere reges
nū meū/ et deinde alios/ sed alios primit
fecisti/ saltem nunc secundo mihi facias.
Da secundum locum cui debebatur pris
mus. Si ita feceris/ facile (si veniam pe
tieris) primam banc noram dimittam.
Qd si neglexeris facere tremendum meum
iudicium non euades.

Amor mundanus funis
est quo animus huic
seculo alligatur.

59

Oratio de electione Episcopi.

Bu*il* ligatu*a*
modo conformari huic se-
culo/sed reformati in no-
uitate sensus tui. Houa
sint oia/corda/voces et ope-
ra:princeps spuialis es spuia
Lia ergo cures principaliter:seculari bus se-
cularia committe: tu princeps / principali
Intendas. Et procul dubio temporalia sub-
sequentur/primum querere regnum dei et iusti-
tiam eius idest spiritualia / et hec omnia se-
temporalia adiudcent. Utet quidam Buil
helmus predecessor tuus temporalia et spiri-
tualia dissipauit et abstulit. Builhelmus
nouus colligat et reddat affectum ad tem-
poralia et mundana abrumper et ad spiritu-
alia eternaque conuerte. Amor mundi funi-
culus triplex est qui difficile rumpit amor
se/ deliciarum diuinarum et pomparum.
De quibus Joannes:omne quod est in
mundo/aut est concupiscentia carnis/ecce
diuicias/aut superbia vite/ecce pompas/
bis misera hominum mundanorum corda
alligata tenent. Tu funiculus hunc amoris
solue immo preclide fac quod iussit beatus
Hieronymus paulinum Festina (quiclo
te) et berenti in salo nauicule/funem mas-
gis preclide q̄ solue. Nauiculum anima tu-
a est. Salum siue mare mundus est/idest
delicie/diuicie et superbia vite. Funis quo
anima alligata et adberet mundo amor est/
hunc funem/hunc amorem/non solum sol-
ue pedetentum et deliberatione longa eum
dimittendo/sed et preclide/mox et cum sans-
cta indignatione eum a te excutiendo.
Iubes domine deus meus ut amo re hunc
precida da quod iubes:funiculus hic tri-
plex est / et unus ex funiculis Adam quibus
miser trahor ad secularia:ecce enim in ini-
quitatibus conceptus sum / et in peccatis
concepit me mater mea:igitur et in Adam/
ipso fane ligatus sum:quomodo eum pre-
ciderem nisi esset mibi cultellus / et quidem
ut nouacula acutus.

**¶ Verbum dei gladius est
quo preciditur fanaticus amoris mundani.**

Non longe est fili

Nisi autem dominus: cultellus iste
in manu tua est enim uis cum
tenes: pse verbū dei/ qd mo-
do legis / quod in hoc conscriptum est in
bello/ ipsum est gladius de quo Paulus
ephesius scribens ait Haleam salutis assu-
mite / et gladium spiritus quod est verbū
dei: hic gladius verbi dei. Alter petrin⁹
est quo preputia circumcidere iussi sunt si-
li Israhel. Petra autem Christus qui est
verorum dei in excelis. In principio enim
erat verbum. Habeo laminam inquis /
vbi manubrium? Et iam hoc in prompto
est / et quidem non vulgare/sed de Sanda
lo rubeo consecutum. Et verbum caro factū
est/ ait beatus Joannes: manubrium sanguineum
carnis/deitati/ verbo dei superad-
ditum est / quo facilius verbum dei tene-
res: quis enim intelligeret verbum dei/ qd
erat in principio nisi verbum dei caro fa-
ctum esset. Habes ecce cultellum qua pre-
cidere possis funem illum amoris/ quo an-
nexus es mundo: ipse est inquam/ verbum
dei/ sermo dei/ fac intret in cor tuū carnēū
(si tamen non fuerit lapideum) mitte gla-
dium in yaginam suam/ neqz tibi nocevit
quia spiritualia est: tum autem in corde
tuo gladius verbi dei est: quando frequen-
ter in corde tuo versas ea q̄ hic scripta sunt
et alibi/ per sanctorum patrum decretalia
cum tuū Episcopalem respicientia/ et ea nō
solū m perfuntorie/ sed frequenter diligen-
ter et attente legeris/ et in affectum traxeris:
hoc est q̄ cor tuuum tangat illa scripta/ et ad
dei timorem mundi contemptum/ odium
victorum/ et iusticie amorem/ desiderium ce-
lestium/ fugam et horrorem infernalium co-
moueat. Si sic/ acutē cultelli huic/ cor
di tuo admoueris/ proculdubio sensies/ fu-
nem hunc amoris mundi precisum iri.
Alius enim est sermo dei/ et efficax/ et pe-
netrabilior omni gladio anticipit: et pertin-
gens usqz ad diuinitatem anime ac spiritus/
compagnum quoqz ac medullarum et discre-
torium cogitationum et intentionum cordis.

T De quibusdam qui verbo dei
audio pueri sunt ad deū rup
to funiculo amor, mundani.

Sensit Gladij **r** cultelli huius verbi sc̄z dei
acumen et efficaciam, beatus
Antonius ipse enim quadam vice recor
dabatur: quomodo et Apostoli omnibus
spretis secuti fuissent salvatorem / et multi
ve legitur in acribus Apostolorum facul
tivo suis vendicis / p̄cia ad pedes illoꝝ des
tulissent: egenitibus partienda / que ve aut
quanta spes iſdem reposita esset in celis.
Talia secum volvēs intrauit ecclesiam / et
accidit / ut tunc euangelium legeretur: in q̄
dominus dicit ad duitem. Si vis perfe
ctus esse / vade et vende omnia tua quecumq̄
habes / et da pauperibus et veni sequere me
et babebis thesaurum in celo. Quo audi
to quasi diuinitus huiusmodi ante memo
riam concepisset: et veluti ppter se hec scri
ptura esset recitata / ad se dominicum traxit
imperium / statimq; regressus: possessionē
q̄ babebat dimisit: ecce vim verbi dei.
Sensit et quidam alius gladium huc ver
bi dei / de quo legimus / q̄ cum semel audi
ret legi in ecclesia: factum est omne tempus
quod vixit Adam / nō zenti triginta anni /
et mortuus est / et cetera que sequuntur de mor
tibus eorum qui tam diu et tantū vixerunt
stupefactus et compunctus ait. Deus me
us / omnes moriuntur etiam illi qui tam
diu et tantum vixerunt: quid faciemus et
nos etiam moriemur? Hac igitur vtili et
sancta cogitatione compunctus religionem
intrauit. Plane misit hic gladium huius
verbi dei quod audierat in vaginam cor
dis sui: verbum et precidit funem amoris
mundani. Sensit et hoc tertius quidam
Rolandus magis de quo legitur q̄ cum in
festo quodam de Scarletico panno / habe
ret nouas et preciosas vestes / et solennibus
coniuīs interfüsserit cum sociis / et totam
illam diem in lusibus et vanitatibus et huius
modi vanā gloria transegisset: in sero ad se
reversus tacite intra se ait: vbi est festū qđ

fecimus? et tota illa letitia / quo ab̄it? Vis
dens ergo / qđ omnis mundi letitia transiit
cito / et ad dolorem conuertitur: sequēti die
mundum relinquens religiōem intrauit,
in qua multis annis deseruit domino,
sancitatem / famam / scientia et doctrina precl
rus.

T Eides iam puto ex patiis exemplis
q̄uis alia suppetant innumera / quam effi
cat sit gladius hic verbi dei ad preciden
dū funē amoris huius seculi. Tu ergo cura
to / ut hunc frequenter gladium acias / ver
bum dei legas / audias in corde ruminas.
bunc gladium anticipem manu operatiois
apprehendas et ad funiculū cordis admos
ue vi precidas,

T Oratio Episcopi ad deū / et
gratiarum actio p̄ verbi dei
gladio sibi donato.



Omne deus
meus gladium hunc ver
bi dei et cultrum Spir
itus / grataanter a te susci
pio / et eo uti totis virib⁹
admitar: tu autem infir
mitatem meā consideras / tremulas habeo
manus: incōstans in bonis p̄positis / me
ipsum nūmis male diligor: libēter m̄bi par
co / laborem meum et dolorem consideras /
si m̄bi vim facere voluero: difficile enim
est consueta relinquere. Scio quia sine te
nihil possumus. Tu ergo deus meus in
adiutorium meum intende. Domine ad
adiuuandum me festina. Gloria patri et fi
lio et spiritu sancto. Sicut erat in princ
pio et nūc et semp et in secula seculoꝝ. Amen

Fig